

A V T H O
R I T A T V M S A
C R A E S C R I P T V
R A E E T S A N C T O R V M

P A T R V M, Q V A E I N C A
t e c h i s m o D o c t o r i s

P E T R I C A N I S I I T H E O L O G I S O C I E
t a t i s I E S V c i t a n t u r, & n u n c p r i m ū m e x i p s i s f o n t i b u s f i d e
l i t e r c o l l e c t a e, i p s i s C a t e c h i s m i v e r b i s s u b s c r i p t a e s u n t,

P A R S Q V A R T A

D E A L T E R A P A R T E I V S T I T I A E C H R I
s t i a n a e, q u a e i n b o n i s c o n s e c t a n d i s e s t p o s i t a, s i u e
D E B O N I S O P E R I B V S, V I R T V T I B V S,
D o n i s, B e a t i t u d i n i b u s, C o n s i l i j s & N o u i s s i m i s.

I I. P E T R I I.

*Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem
& electionem faciatis.*

I O A N N I S V.

*Procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui verò ma
la egerunt, in resurrectionem iudicij.*

C O L O N I A E

*Apud Geruunium Calenium & haeredes Iohannis Quentel,
Anno M. D. LXX.*

*Cum gratia & priuilegio Summi Pontif. Pij V. Item
Roman. Imperatoris Maximiliani II.
in Decennium.*



PIVS PAPA V.
DILECTO FILIO GERVI-
no Calenio, Typographo Colonienſi.

Dilecte Fili Salutē & Apostolicam benedictio-
nem, Cū tu, sicut accepimus, nōnullos de pro-
batis Sanctorum historijs à Dilecto filio Lau-
rentio Surio optima fide collectis, necnon alios Tomos seu
libros dilecti filij Petri Canisij presbyteri seu religiosi So-
cietatis IESV de doctrina siue Institutiōe Christiana in-
scriptos, vnā cum certis Annotationibus, nondūm impres-
sos, tua impensa imprimi facere desideres: Nos tibi, quem
in excudendis huiusmodi Tomis seu libris graues impensas
subire necessē est, nē ex beneficio omnibus Christi fideli-
bus collato detrimentum aliquod sentias, opportunē prou-
dere, ac te in tuo laudabili & Reipublicae Christianae per-
utili proposito conseruare volētes, & à quibusuis Excom-
municationis, suspensionis & interdicti, alijsq; Ecclesia-
sticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine
quauiſ occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodatus existis, ad effectum praesentium duntaxat con-
sequendum, harum serie absoluentes, & absolutū fore cen-
sentes: Motu proprio non ad tuam vel alicuius pro te nobis
super hoc oblatæ petitiōis instantiam, sed ex certa scientia
& mera deliberatiōe nostris tibi Tomos seu libros praefa-
tos per te vel aliū seu alios imprimendi, & impressos ven-
dendi

DE TRIPLICI GENERE BONORVM OPERVM.

I

Iustitia Christiana circa quæ bona versatur?

HAec Iustitia tam ^a latè patet, vt omnia bona, quæ honestè, iustè ac piè fiunt, in se contineat, nobisque expetenda & consecranda proponat. Vndè ità fideles Apostolus commonefacit: ^b *Ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes: ^c prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Hic enim nostræ vocationis, & Christianæ iustitiæ per Christum partæ verus est vsus, ac fructus proprius, Petro teste, ^d *vt peccatis mortui, Iustitiæ viuamus.* Hoc est, quemadmodùm à Paulo explicatum est, ^e *Vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo.* In eundem sensum nobis proponitur Euangelicum illud: ^f *Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Nam idcirco redemit nos Christus ^g ab omni iniquitate, vt mundaret si-

^a Chrysof. in
psal. 4. & 14. &
homil. 23. in
Genes.

^b Coloss. 1. b

^c Rom. 13. d
2. Cor. 8. d
Matth. 5. b
1 Petr. 2. 6

^d 1. Petr. 2. d

^e Tit. 2. d Vi.
de Bern. ser.
2. de resurr.
Domini.

^f Luc. 1. g

^g Tit. 2. d